



**Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectae

**Sandini, Antonio**

**Bambergae, 1753**

CCIV. Innocentius VII. Anno Christi 1404. Roberti Regis 4. Emmanuelis II.  
21.

---

<urn:nbn:de:hbz:466:1-65477>

antiquissimæ populorum devotioni visitandi  
annis centesimis Apostolorum Linina,  
tujus occasione vidimus institutum fuisse  
Jubilæum à Bonifacio VIII.

(6) Bonifacius iste tres habuit germanos, quos multum exaltavit in sæculo &  
ditavit, quorum tamen filii ad extremam  
paupertatem devenerunt, ut eorum ex-  
emplo discant cæteri de patrimonio Crucifi-  
xi nolle ditari. S. Antoninus in Chron.  
part. 3. tit. 22. cap. 3.

## CCIV. INNOCENTIUS

VII.

ANNO CHRISTI 1404.

ROBERTI REGIS 4. EMMA-  
NUELIS II. 21.

INNOCENTIUS VII. *Cosmas Melioratus* antea dictus, *patria Sulmonensis*, vir ætate grandævus, ac multarum magnarumque rerum experientia callens (1) XVI. Kal. Novembr. anno 1404. ab novem Cardinalibus Pontifex effectus est, & IV. Nonas mensis ejusdem tiarâ redimitus. Romanorum seditione coactus Urbem relinquere, Viterbium secessit. Rayn. an. 1404. §. 10. II. 16. Spond. §. 7. 8. Rayn. an. 14. 5. §. 5. 8. Postea Ggg 3

Spond. Postea ut legitimus Urbis Dominus  
 §. 1. revocatus, magnâ Civium gratula-  
 Rayn. an. 1406 tione suscep<sup>t</sup>us est. Tum verò Ro-  
 §. 1. 2. 5. manam Academiam, doctissimis di-  
 6- 7. 8. sciplinarum omnium professoribus  
 Spond. undique accitis, instauravit. Anim.  
 §. 1. 2. 5. adver<sup>t</sup>it in principes seditiosorum,  
 Déque ipso etiam Ladislao rege Nea-  
 polis, qui seditiosis faverat, meri-  
 tas pœnas sumpsit. Námque illum  
 Regno privatum addixit anathemati.  
 Deterritus ille veniam pacémquero-  
 gavit, impetravítque iis conditioni-  
 bus, quas Innocentius ipse in diplo-  
 mate apud Raynaldum describit Re-  
 ceptum in gratiam non solū resti-  
 uit honoribus pristinis, sed novā  
 uoque auxit dignitate Signiferi ac  
*Defensoris Romanæ Ecclesiæ*. Et mox  
 fœdifragum rursus damnâsse anathe-  
 mate, nisi morte præreptus fuisset,  
 1406. Pontificatū secundo, die primo  
 & vicefimo.

## ANNOTATIONES.

(1) Leonardus Aretinus in Commenta-  
 rio rerum suo tempore in Italia gestarum  
 tom. 9, Scriptor, Rer. Italic. pag. 921.

CCV

CCV.

## GREGORIUS XII.

ANNO CHRISTI 1406.

ROBERTI REGIS 6. EMMA-  
NUELIS II. 23.

**G**REGORIUS XII. antea *Angelus Corrarius*, Venetus Patricius, vir à pueritia magna sanctimoniae & sa- Rayn. an.  
 pientiae (1) Presbyter Cardinalis titu- 1406.  
 li S. Marci IV. Nonas Decembr. an §. 13. 14.  
 no 1406. Pontifex electus est. Hie spond.  
 ratum habuit jusjurandum, quo, dum §. 1.  
 comitia haberentur, unâ cum aliis  
 Cardinalibus promiserat, se causâ  
 tollendi schismatis abiturum Pontifi-  
 catu, quotiescumque id etiam Petrus  
 de Luna, seu *Benedictus XIII.* ficeret.  
 Ab initio pacis ostensa spes. Nam Rayn. an.  
 statutis utrimque conditionibus Sao- 1407.  
 na congressui delecta. Sed utroque §. 1. 4.  
 suas, ne in congressum veniret, cau- Spond.  
 fas prætexente, concordia spes omnis §. 3.  
 incisa. Ob id utriusque partis Car- Rayn. an.  
 dinale conveniunt Pisas, habitoque 1409.  
 Concilio, Nonis Junii an. 1409. ut § 71. 72.  
 rumque amovent Pontificatu, suffi Spond.  
 ciuntque *Alexandrum V.* (2) Quâ §. 11. 14.  
 re auditâ Gregorius Ariminum, Be-

Ggg 4 ne-